AUGUSTINUS
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 29r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35140
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ritate fulgebit. In bonitate gaudebit. Sicut habebit p
manendi eternitate. sic agnoscendi facilitate. et agescendi felicitate. Civis siquidem ergo illius sce civitatis cui civis angelus fuit. Deus pater templum. filius ei splendor. sps scus caritas
O civitas celestis mansio securia patria totum gaudens et delectat plus sine murmure. In cole quieti horis nullam indigentiam habentes. Quam gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Omnes letant letitia et exultacone. omnes letant de deo cui aspectu pulchitudo. facies decora. eloquium dulce. delectabilis e ad videndum suavis ad habendum. dulcis ad perfruendum. Ipse ipse placet et ipse sufficit ad merendum sufficit ad premium. ne extra illum quidem aliud querit qui tota in illo invenit quicquid desiderat. Semper libet illum aspice semper habe semper in illo delectari et illo perfrui. In illo clarificatur intellectus et purificat affectus ad cognoscendam et diligendam veritatem. Et hoc e totum bonum horis noscere sublime et amare creatorem. Nunc ergo nos angit vesania vicorum sitire absinthium huius mundi. sequi naufragium vite labentis. pati infortunium impetitorum nidis. fic dominium tuo magis aviolare ad secuam felicitatem et ad angelorum societatem. ad superne letitie sollempnitatem. ad vite aeternae iocunditatem. ut possimus intrare in potencias domini et videbimus habundancias divicias illas brevitatis eius. Ibi vacabimus et videbimus quam dulcis e dns et quam magna multitudo dulcedinis ei. Videbimus gloriam decorem sedis splendorem et regie patris honorem. Cognoscemus prius potencias filii sapiam et spm sanctum benignissimam clemenciam et ita habebimus letitiam illius summe trinitatis. Nunc corpus per corpus videmus per imagines et cepim spm eius tunc vero ipsam veritatem puro mentis intuitu videbimus. O beata visio videre dm in seipso videre in nobis et nos et ipsos cum iocunditate et iocunda felicitate. Quicquid desiderabimus totum habebimus nichil amplius desiderantes et quicquid